



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Arabum idolum Menath Luna.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

ramus. Sed quid *Menath* sit nondum constat. Neque id nos docent viri longe eruditissimi Johannes Seldenus, & Johannes Henricus Hottingerus, qui de his idolis multa observarunt. Ego vero *Menath* nihil aliud quam *Lunam* fuisse suspicor. Hoc arguit, tum quod reliqua duo Alcorani nomina *Allath* & *Alozza*, stellam, & quidem, ut *Isa Bar Ali* Syriacè explicat, *Astrum Remphan*, h. e. *Saturnum*, significant, vel uti *Allath* fuisse volunt Seldenus & Hottingerus, *Venerem*, tum etymologia vocis *Menath*, quam ex *Schamhafchari* Hottingerus habet. Radicem ille ponit vel מנח id est, קטע scidit, abscidit, eradicavit. וּמִנְחָה huic illi sacrificabant sacrificia: vel נִנְחָה , quod fidus est ad occasum vergens כְּמִנְחָה $\text{יִסְחַמְטוּן בְּאַלְמִנְחָה עֵינֵיהֶם הַבֹּרָחַ בְּתֵי$ propterea quod pluviam ad occasum sideris ab eo petunt, ut benedictionem ab ea consequantur. Etenim illis verbis *Lunam* describi ab authore Arabe conjicio, quam ob vicinitatem plusquam aliud quodvis astrum in hæc inferiora agere, res

Seld. de
Dis. Syr.
Synt. 2. c. 2.
Hotting.
Hist.
Orient.
l. 1. c. 7.
Isa bar Ali.
Lex Mss.
Syro Arab.
apud
Hotting.
& ibid.
Schamhaf-
schari.

est nota, quæque ad occasum ver-
gens pluviam facere est credita.
Quod sane mihi videtur longe ve-
rissimilius, quam quod alii *constel-
lationem*, vel *stellas*, vel *planetas*
exponant. Quid si *Allath* Vene-
rem, *Αλοζχα* Luciferum, *Menath*
Lunam dicamus. Sane hæc tria
Numina inter veteres Arabes culta
fuerunt. De Venere & Lucifero
id jam observarunt multi ex Eu-
thimio Zygabeno in Panopliã. Οἱ
Σαρακηνοὶ, inquit, μέχει τὸ Ἡρακλείδ
τῆ βασιλείας χρόνον εἰδωλολάτρων, πρε-
σκυνῶντες τῷ Ἐωσφόρῳ ἄστρῳ, καὶ τῇ
Ἀφροδίτῃ. ἢν ᾗ καὶ χάβας τῇ ἑαυτῶν
ἑπονομάζουσι γλώττῃ, δηλοῖ ᾗ ἡ λέξις
αὐτῆτῃν μεγάλην. hoc est: *Saraceni usq;
ad Heraclii imperatoris tempora idolis
dediti fuerunt, adorantes Luciferum
& Venerem, quam Cabar sua nomi-
nant lingua. Cabar autem Magnam
interpretatur. & Catechesi Sarace-
norum: Ἀνάθεματίζω τῆς τῷ πρωινῷ
προσκυνῶντος ἄστρῳ ἢ γιν τῷ Ἐωσφόρῳ
καὶ τῇ Ἀφροδίτῃ, ἢν κτ' τὴν Ἀράβων
γλώσσαν χαβάρ ὀνομάζουσι, τῆτῃσι με-
γάλην: hoc est: *Anathematizo eos
qui matutinum sidus Luciferum ado-
rant, & Venerem, quam Arabum
lingua**

lingua Chabar vocant, quod est, Magnam. De Luna nihil est tritius, quam olim Arabes adeo coluerunt, ut insignia corniculantis Lunæ reciperent, quæ ex veteri ritu etiam num sunt residua, licet constet hodie non amplius Lunam ab iis coli. Equidem scio hæc nomina sæpe confundi, & Venerem, Luciferum, Lunam, unum idemque idolum dici. Videant tamen eruditiores an hæc non debeant ita distingui.

X. Apud Græcos Luna est μήνη. Suidas. Μήνη ἢ Σελήνη. Optimè hoc docent elegantes Orphei versus, quibus Lunam describit ut aliam terram, quomodo inter doctiores Philosophos non minus terra quam planeta habita fuit, quam Plut. de fac. in Luna. sententiam secuti sunt Thales, Pythagoras, Anaxagoras, Heraclides, Ocellus, & etiam Heraclitus.

Μέσσοτο δ', inquit, ἄλλην γαίαν δ' ἀέροτον, ἠνδὲ Σελήνην

Α' θείατοι κλήσασιν, ἐπιχθόνιοι ᾗ Μηνήν,
 Η' πολλ' ἔρε' ἔχει, πολλ' ἄστρα, πολλὰ
 μέλαθρα.